

1510. 24. Octobris.

833.

Sigism: Rex Poloniae Joanni Mar:
chioni Brandenburg.

229

Illmo Princeps & Domine Frater et affinis charis-
sime! Optantes, ut inter Nos amicitia et bona
vicinitas permaneat, utque omnes controversiarum
causae tollantur, et gravatorum licentia cohibeatur.
Volumus ut Congressus Commissionum in loco
& tempore convenienti statueretur. Super ea re vo-
luimus habere cum Illmo Vra^m Dominatione
intelligentiam medio Magi^o Luca de Gorha Castella-
ni Leudensis et Capitanei majoris Poloniae quibus,
qui scripsit nobis Illustratam Vram^m pro Feste
Sanctorum omnium ad certa loca, quae petiti non
sunt infecta, Consiliarios suos mittere velle.
Sed nostri Consiliarij in tempore hoc suspecto
malum petiti formidantes nolunt se salutemque
suam Manifesto periculo exponere, rogarunt nos,
ut ab hoc congressu hoc tempore supersederemus,
sed illum in aliud tempus securius differremus.
Itaque rogamus Illustratam Vram, velit esse
contenta, ut eundem conventum in aliud tempus
rejiciamus, et ut interea in suis Dominijs pro-
videat, ne gravatores in Ditionibus Nris malefi-
cia patrent. Nam nos itidem Nris demandabimus,
nec sine animadversione relinquentur,
si cuius delictum comperitum fuerit. Ea spe fu-
mus quod Vra^m Illtas Nra causa id faciet, et nos
ad mutuo sibi gratificandum obligatos reddet.
Quam feliciter Valere optamus. 24. Octobris 1510.

